CARMEN VOTIVVM,

MAGNIFICO VIRO Domino,

DAVIDI MAGIROI. C. ET ACADEMIÆ TVBINGENSIS

Anteceſſori

CLARISSIMO,

CAL. MAII ANNO M.DCXI.

RECTORI VNIVERSITATIS feliciter

CREATO,

Sacrum.

SPlendida finierat regalis munia Sceptri,
Munia, queîs maius nil Schola noſtra videt,
Magnificis titulis tituloſq; æquantibus auſis,
Et rerum præſtans cognitione FABER;
Ille FABER, Medicæ quo dudum gloria gentis
Sidereas ultra ſcandit honora domos.
Cum tibi Magnificis pariter ſplendoribus aucto,
Nobile ſacratæ delicium Themidos,
Magne MAGIRE, novos vernantia tempora honores
Apportant, Procerum ſic ſtatuente choro;
RECTOR vt æſtivis audires menſibus, atque
Dictares Tubiæ iura ſuprema Scholæ.
Quid precer? ó noſtræ eveniant feliciter oræ,
Et ſtudia ingenti commoditate beent,
Vnanimi adſenſu patrum, votiſq; SENATVS
Quæ modò ſunt manibus tradita Sceptra tuis.

Zach. Schæferus cùm ſuo tùm publico nomine poſuit.

TVBINGÆ,
Typis Theodorici VVerlini, Typofuſoris,
Anno M.DCXI.